

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Ad quendam iurisconsultum, Academiae Rostochianae professorem

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

tiones eliduntur cogitatione maternæ & paternæ
 & *γγῆς*. Sed illi uocem sonant parricide Cain, *τι
 μοι μέγα ἀδελφῆς*, &c. Omittamus illas fycop-
 phantias, et speremus à Deo auxiliū: cui curæ sunt
 tuus Paulus & tua Helena, quæ ipso nomine te ad-
 monēt Deum esse. Expecto doctorem Vuenceslāū,
 & Christophorum Pannonium, quibus omnia fau-
 sta precor. Gaudeo uirum doctissimum, & omni-
 bus uirtutibus ornatum, D. Ioannem Aurifabrum,
 ad honestissimam coniugem & sobolem reuersam
 esse incolumem: quem opinor me, de defensionis iu-
 re *ὁμοῦ ἕκαστον* habere, intuentem suos. Scripsi episto-
 lam *επι ἀρχιεπισκόπου*: qua, si libet, utamini. Ridebi-
 mur à Iurisconsultis, quod adhuc speramus nostrā
 Sareptam mansuram esse. Sed Deum oro, ut eam
 defendat. Bene uale. 16 Aprilis, 1547. Seruestæ.

Ad quendam Iurisconsultum, Aca-
 demix Rostochianæ profes-
 sorem.

S. D. Cū non audiuerimus utraq; partem,
 non facimus nos iudices inter doctorem Henricum
 & Iurisconsultos: sed utroq; adhortamur ad piam
 concordiam. Sed de propositionibus hoc dicimus:
 Non adfirmat in genere, ualere sponsalia contra-
 cta dissentientibus parentibus. De ea re in Ecce-
 sijs & consistorijs harum regionum aliquid pro-
 nunciatur.

nunciatur. Si Doctor defendit nostrarum Ecclesiarum sententiam & consuetudinem, non possumus eum improbare, quod ad hanc partem attinet. Ac scimus interdum addictos iuri Pontificio, libenter sugillare & irritare concionatores in hac materia, non tam ut uideatur acres propugnatores iuris pontificij, quam ut exagitent istos. Talia ne in hoc certamine fiant, illustrissimi Principis autoritate prohibeatur. Etsi occasionem disidijs prebet haec quaestio de consensu parentum: tamen prodesset gubernatorum consilio et autoritate certo constitui, ut irrita sint sponsalia eorum qui adhuc parentum autoritate reguntur, facta sine consensu parentum: ut in his regionibus omnes Ecclesiae & consistoria pronunciant. Hanc sententiam si ambae facultates, Theologi & Iurisperiti, amplecterentur: non solum inter ipsos hac de re certamen sublatum esset, sed etiam in foro minus litium esset de sponsalibus. Sed si reprehendit Doctor politicum morem legitimationis, non recte sentit. Nam haec exequatio haereditum permessa est potestatibus, quae hanc clementiam iudicant conuenire paterno & materno affectui, & inuitat tales ad uinculum coniugij, & fratres inter se coniungit. Haec omnia sunt politica, nec sunt digna reprehensione.

C Do-